





5.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS PHYSICO-  
CHYMICO-MEDICA  
DE  
**PRAECIPVIS BALSAMIS**  
**NATIVIS**

CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE  
PRAESIDE

IOHANNE FRIDERICO CARTHEVSER

MED. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD. ACADEMIAE ELECTORALIS

MOGVNTINAE SCIENTIARVM VTLILVM ASSESSORE

FACVLT. MED. H. T. DECANO

PRO GRADV DOCTORIS  
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS

RITE ATQVE LEGITIME IMPETRANDIS


DIE OCTOBR. MDCCCLV.

H. L. Q. C.

DEFENDET


DAVID GOTTLLOB ZEBVHLE,

RANSENIA-SILESIVS.



---

FRANCOFVRTI AD VIADRVM,  
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI WINTERI,  
ACAD. REG. TIPOGR.



VIR O  
ADMODVM REVERENDO AT  
QVE DOCTISSIMO  
DOMINO  
ANDREAE ZEBVHLE  
PASTORI ECCLESIAE RANSENENSIS  
VIGILANTISSIMO ET OPTIME MERITO  
PARENTI SVO INDVLGENTISSIMO  
OMNI PIETATIS ET OBSERVANTIAE CVLTV  
AD VLTIMVM VITAE HALITVM PRO-  
SEQVENDO

A.

DIS-



DISSE TATIONEM HANC IN AV-

TE OGNI GVRALEM

OMNIBUS PUBLICVM

AMORIS SVI AC REVERENTIAE

DOCUMENTVM

ANDREAS ZEBVHLE

ASTORII FOCENZIVI RENSSENZIVI

OTTO EMMICHT DEDICAT

DICAT DEDICAT

RENTI SUO INDUCENTISSIMO

OTTO EMMICHT DEDICAT

OTTO EMMICHT DEDICAT

OTTO EMMICHT DEDICAT

DAVID GOTTLÖB ZEBVHLE.

DIS

A

DIS



DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS PHYSICO-  
CHYMICO-MEDICA  
DE  
PRAECIPVIS BALSAMIS NATIVIS.

I. BALSAMA NATVRALIA GENERATIM  
CONSIDERATA.

Balsama nativa sunt resinæ liquidæ, seu rectius, liquida resinoso-oleosa, spissiuscula, tenacia, fragrantia, sapore acri aromatico, aut saltim acrisuscuso, eoque plus tamen minusve amariante, colore vario, albicante videlicet, aut flavescente, aureo, rubescente etc. donata a).

A 3

2. Or-

a) Arabes arbuculam, quæ faciat verum Oprobalsamum fundit, *Ballaſam*, *Beloffan*; itemque *Balfam* vocant; hinc balfami nomen priscis temporibus soli Balsamo Arabicō, Iudaico, et Aegyptiaco proprium erat, deinde autem scriptores physici ac medici idem aliis quoque crassiusculis atque fragrantibus arborum fuccis resinoso oleofisis, oprobalsamo natura ac viribus quodammodo analogis, imposuerunt.

2. Ordinario ex incisis, aliove modo vulneratis arborum ac fruticum arboreſcentium truncis et ramis crassioribus fragrantes hi liquores profluunt, vasisque applicatis excepti colliguntur; et licet subinde etiam sponte e nimium repletis fortuitoque ruptis corticis tubulis prodeant, nulla singularis tamen messis inde exspectanda est, quoniam duntaxat lachrymatim, adeoque tam exigua ut plurimum quantitate elabuntur, ut sub fluida forma copioſe vix, aut ne vix, colligi queant.
3. Quo recentiora sunt, eo majori etiam fluiditate atque fragrantia gaudent: Sin diutius autem in vasis apertis, vel obiter saltim clausis adſervantur, ob paullatinam principii oleoſo-ſpirituosi exhalationem, magis in dies magisque, præſertim ſub tempeſtate calidiori, ſpiffescunt, tandemque in maſſas densas, ſeu veras resinas, fluido tamen balfamo ignobiliores, viribusque multo inferiores, mutantur.
4. Si nonnihil calefacta (cum frigidis enim, abſente ſolido quodam corpore, quod balfamo intinctum elychnii quaſi vices ſubeat, non ſuccedit) in cochleari accenduntur, flammarum aluenti flavo-rubefcentem, nigerrimumque fumum emittunt. Deflagratione ceſſante, cochlear verne ſplendente obductum cernitur, quæ in parte cochlearis media, ubi tenuior eſt, pulchrum aureum ac flavo-rubellum, in peripheria autem, ubi magis coacervata reperitur, nigrum aut fuſco-nigricantem colorem obtinet, et refrigarata ſatis dura exiſtit. Eo citius hæc incenſio accidit, eoque etiam diutius flamma perdurat, quo magis balfamum oleo æthereo abundat, et in hoc præcipua pariter ratio latet, cur terebinthina, quæ oleo val-

de

- de turgida est, post modicam calefactionem citissime, balsamum Peruvianum nigrum ex adverso, quod paucum oleum in mixtione fovet, difficillime flammarum concipiatur.
5. Spiritus vini rectificatissimus singula eorum, si genuina sint, nulloque oleo expresso remixta, sub digestione calida perfecte, alterum tamen altero promptius, solvit; aqua autem, spiritus salis ammoniaci aquosus, oleum tartari per deliquium et aqua fortis vulgaris aliaque acida debiliora ac dilutiora massam crassiorem plane intactam relinquent, et aliquam solummodo substantiae spirituosa portionem in poros suos recipiunt.
  6. Adufo oleo vitrioli, confestim, cum majori vel minori ebullitione et copiosi vaporis albi eructatione, valde incalescunt, nigrescunt, et adeo insimul inspissantur, ut eorum nonnulla fluiditatem penitus amittant, et piceam ferme consistentiam adquirant.
  7. Sub destillatione humida oleum æthereum, leve, tenui, pellucidum ac penetrans reddunt, quod simul translatæ aquæ oleoso-spirituoso-acidulæ odoratissimæ innatat, et pro diversitate balsamorum copia non minus, quam odore, sapore et colore differt. In vesica aut cucurbita massa relinquitur spissa, tenax, resinosa, quæ exempta, ac sola ulteriori in retorta vitrea destillationi subjecta, igne gradatim austro, non tantum liquorem, magis magisque acidum, sed oleum quoque, spissius paullatim atque spissius, minusque spirituosum, largitur, tandemque, si subditto igne vehementiori urgeatur, plane destruitur, ita, ut nihil, nisi pauca, levis, ac fragiliis materia carbonaria remaneat.

8. Co-

8. Cognitu ex recensitis facillimum evadit, balsama nativa ex substantia resina, oleo æthereo, aqua, et subtili ac valde mobili sale acido essentiali composita esse. Resina maximam ponderis partem constituit, et cæteris elementis basin ac corpus primarium præbet, resinæ oleum æthereum, spiritu fragrante turgidum, oleo aqua interlabens, et huic tandem subtile, volatile, ac valde activum sal acidum essentialie quantitatis intuitu succedit.
9. Præter communes vires antiputredinosa ac vulneraria balsama hæc multas adhuc alias, nervinas nempe, cephalicas, pectorales, carminativas, uterinas, diaphoreticas, diureticas etc. possident, et amplissimum ea propter in medicina usum, tam internum, quam externum, habent; quemadmodum clarissima hæc ipsa e statim sub sequente singulorum tractatione speciali patebunt.

## II. T E R E B I N T H I N A V E R A.

10. Terebinthina vera seu Veneta veterum, vulgo *Terebinthina Chia et Cypria dicta*, liquor oleoso-resinosus est, valde spissus ac glutinosus, splendens, transparens, coloris albicantis, aut pallide flavescentis, ad viridiusculeo-coeruleum nonnihil inclinantis, saporis resinoso-subacris atque lenissime amaricantis, odoris debilis acriusculo-balsamici.
11. Post collectionem intra modicum temporis spatium adeo ut plurimum, cum exiguo flavedinis augmento, inspissatur, ut consistentia sua non amplius balsamum liquidum, sed molliusculam potius resinam referat; hinc non mirandum, quod terebinthina Chia et Cypria liquida, eaque genuina, in officinis nostris pharmaceuticis rarissime

me vel nunquam reperiatur: Nec reticendum quoque est, differentiae quidquam terebinthinam Chiam et Cypriam intercedere. Chia enim odore et sapore propemodum caret, et recens subcœruleo-candidi coloris est; Cypria autem flavefecit aliquantulum, et, quantum mihi quidem constat, præter saporem subacrem, leniterque amari-cantem, paullo fortiorum quoque odorem acriusculo-bal-amicum spirat.

12. Arbor, cujus truncus et rami crassiores, terebra profundius et ad ipsam plerumque medullam usque vulnerati, hoc balsamum satis magna copia fundunt, *Terebinthus vulgaris* c. b. et t. est, et passim in insulis Chio et Cypro, unde unice ævo nostro terebinthina vera ad alias gentes transfertur, nec minus, quamquam rariori proventu, in Arabia, Lybia, Syria, Iudæa, aliisque nonnullis regionibus orientalibus sponte nascitur, immo, in Hispania, Lusitania et Gallia Narbonensi frequens obvia est, ubi nullum tamen balsamum, vel saltim ignobilius, adeoque terebinthinae orientali viribus nequaquam æquiparandum, inde elicetur a). Sub perpetua frondium viriditate ad pyri mediocris magnitudinem excrescit, et saepe etiam, teste CLVSIO b), maxima ex parte solum fruticat. Corticem habet cinereum, crassum, hiulcum, ramos patulos, folia alternatim conjugata, rigida, firma,

B

lau-

a) Terebinthos sauciatas in Gallia, Hispania, et Lusitania nullam plane terebinthinam fundere, nonnulli referunt; ast experientiae istud refragari, LOBELIVS testatur, qui ex vulneratis terebinthis in sylva Valena circa Monspelium terebinthinam promanaffe observavit. Conf. GEOFFROY Mat. Med. T. II. p. 496.

b) In Rar. aliquor stirpium per Hisp. obs. Historia Lib. I, cap. 23.

laurinis haud dissimilia, minora tamen magisque obtusa. Flores, initio Maji in summis ramulis racematis prodeentes, in terebinthis masculinis staminei sunt, purpurascentes, ac steriles, in foemineis staminibus destituti atque frugiferi; siquidem posterioribus hisce fructus succedunt racematis pariter crescentes, parvuli, subrotundi, contactu pingues ac resinosi, testa membranacea unicapsulari purpurascente aut flavescente, subacida, syptica, obducti, nucleumque continentis medullosum, lenticulae similem, corpori nutriendo minime quidem aptum, quibusdam nihilominus viribus medicis instructum: „Estur, scribit DIOSCORIDES a), fructus ejus, stoma, macho tamen nocet, ciendae urinæ et calefaciendo aptus; Venerem idem adjuvat, et contra phalangiorum morsus utiliter in vino bibitur. &c.

13. Modicam duntaxat salis acidi essentialis quantitatem terebinthina vera in mixtione sua reconditam gerit, oleo æthereo autem, quod, humida destillatione prolectum, tenuerit admodum, leve, aquæ instar limpidum, nec ingrati odoris est, valde prægnans reperitur. GEOFFROY enim, quum terebinthinæ Chiaæ libras duas et semifissim, citra ullum additamentum, destillationi in retorta subjiceret, olei tenuioris limpidi et aquæ coloris uncias novem, olei flavescentis uncias quinque, olei spissioris rufescens uncias viginti duas, et liquoris acidi saltem grana quinquaginta impetravit. Caput mortuum in retorta superflues vix drachmas septem cum dimidia pendebat, et nihil prorsus salis fixi, licet adhuc per octo horas calcinatum fuisset,

a) In Operib. Lib. I. cap. 78.

fuisse, aquæ superfusæ communicavit a). Oleum, quod addo, sub solitaria hac destillatione expulsum, quoad totam quidem molem suam æthereum essentialie æstimari nequit, sed, igne austò, ipsius tandem resinæ mixtio destruitur, et istud quoque oleum, quod antea ad resinam formandam concurrebat, elicitor; certo nihilominus certius est, novem olei limpidi uncias, primum prodeuntes, et aliquam pariter olei flavescentis partem veri olei ætherei essentialis indolem obtinere, et hoc igitur elementum in terebinthinæ Chia libra uia ultra quatuor uncias descendere.

14. Quando oleum æthereum humida statim destillatione evocatur, minori quidem copia in receptaculum transcedit, limpidissimum tamen, tenuissimum, mobilissimumque est, et aqua præterea, quæ oleum comitatur, ejusdemque translationem adjuvat, oleoso-acidulo-spirituosis particulis valde referta deprehenditur, suaque virtute diuretica, sudorifera, antiputredinosa et antiscorbutica sese magnopere commendat. In vesica aut cucurbita massa tenax resinosa flava aut flavescens remanet, quæ *Terebinthina lota*, et si ulteriori coctione in vase aperto oleo suo magis spoliata, adeoque macrior et rubro-fusca reddita fuerit, *Colophonium* audit.

15. Priscis temporibus terebinthina Chia et Cypria særissime contra multos morbos tam interne, quam externe adhibita fuit, deinde autem, postquam variæ terebinthinae spuriae species, sub forma liquidiori non copiosius folium, sed longe minori etiam pretio comparandæ, et simili nihilominus natura, iisdemque, immo majoribus,

viribus medicis donatæ, ubivis propemodum locorum surrogatæ fuerunt, usum rariorem et habuit, et etiam nūm habet, ita ut amplius nullum fere compositum pharmaceuticum, quam theriacam et mithridatum *Damoceratis*, ingrediatur. Quare hoc etiam loco de usu et virtutibus ejus nihil addam, sed scitu in hac parte necessaria sub descriptione terebinthinae lariceæ, quæ nostro ævo Chia et Cypriæ vices plerumque subit, et utramque activitate medica superat, recensebo.

### III. BALSAMVM TEREBINTHI PERSICAE.

16. Duplex balsamum terebinthus Persica foeneratur, alterum nempe vulgatus, a terebinthina Chia quoddam consistentiā, saporem, odorem et colorem candidum parum vel nihil distinctum, alterum præstantius, opobalsamo, quod circa Mecham in Arabia colligitur, fragrantissimo odore maxime analogum. Prius, referente KAEMPFERO a), ex arbore fauciata copiosissime elicetur, et sponte pariter, Syrio aestuante, e rimis nodisque stirpium putrescentibus promanat; posterius vero subinde saltem atque parcissime e notabili quadam extubatione, seu pila, in nonnullis terebinthis sine pédiculo extremis fere furculis adhærente, extrahitur. Pila hæc, quæ pungi circiter magnitudine est, rotunda, ex pluribus tuberculorum spiris instar crista galli gallinacei concreta, foris carmesino colore suo oculis blanditur, intus autem albicans est, et substantiam fungosam ac fragilem obtinet.

2. Arbor

a) In Amanit. exot. Fafc. II. p. 414.

17. Arbor memorata, quam vix allegatus K A E M P F E R V S  
*l. c. Pistaciam sylvestrem* vocat, in desertis atque petrosis  
 montium recessibus circa Schamachiam Mediae, Schir-  
 sum Persidis, in Luristano atque Larense territoriis, prae-  
 fertim in monte petroso circa Majin, pagum celebrem,  
 una diaeta diffitum Schiraso, copiosa nascitur, et *terebin-*  
*tho Indica THEOPHRASTI*, seu *Pistacia DIOSCORI-*  
*D I S*, tum magnitudine, tum totius ac partium forma, per-  
 similis est, praeterquam, quod, teste eodem Auctore, flocu-  
 los fragrantiores, nuces vero præparvas, insipidas, ferat.
18. Accolæ montis Majinensis, sylvestribus hisce pistaceis,  
 uti dictum, fericissimi, terebinthina, corio et pellibus  
 subligatis, vel luto subducto in forma nidi hirundinei  
 exceptam, atque collectam, non adservant liquidam,  
 nec aliorum quoque sub primitiva consistentia transfe-  
 runt, sed alii eandem statim in ipso monte, alii, qui pro-  
 pe habitant, domi suæ leni coctione, citra ullam tamen  
 aquæ adfusionem, et citra conspicuam pariter ebullitio-  
 nem adeo spissant, ut refrigerata picem albam sutoriam  
 colore ac consistentia referat. Liquida enim nullibi a  
 Persis, qui usum ejus vel ignorant omnino, vel parvi  
 pendunt, desideratur, sed sola inspissata, resinæ masti-  
 chinæ æmula, emtores invenit, et ubique in officinis et  
 myropoliis Turcarum, Persarum et Arabum venalis pro-  
 stat.
19. Ad nos, quantum mihi quidem constat, haec terebinthi-  
 na inspissata nunquam adfertur, sed Persiae tantum, Indiæ,  
 Turciæ et Arabiae incolis pro masticatorio servit, quo  
 alii, præfertim mulierculæ circa Indum, sine intermissio-  
 ne utuntur, ejusdemque usu saepè saepius tantopere ad-  
 fvescunt,

fvescunt, ut ægerrimè illo carere possint. Gratum ori habitatum, dentibusque firmitatem atque albedinem conciliat, et adpetitum quoque nonnihil sufflaminare, lymphamque salivalem largius eliciendo catarrhos tollere dicitur. De usu balfami fragrantioris, quod e pila, pistaceis quibusdam adnata, evocatur, KAEMPFERVS nihil addidit, istud nihilominus a fraudulentis subinde ignaris pro vero Opobalfamo vendi, suspicor, quoniam hoc ipsum odore non minus, quam consistentia valde æmulatur.

#### IV. BALSAMVM LARICEVM.

20. Balfamum lariceum, *Terebinthina laricea*, *Terebinthina Veneta Officinarum moderna* est liquor oleoso-resinosus, latus, tenax, melle tamen, si recens, tenuior, ac magis minusve, vitri fere instar, transparens, coloris candidi aut pallide flavescentis, odoris fragrantis, acriusculi ac paullulum gravis, saporis acris, amaricantis.
21. Ex fauciata larice, quam BAVHINVS *Laricem*, *folio deciduo*, coniferam vocat, quæque in monte Apenino, et alpibus Carinthiacis, Stiriacis, Sabaudis, Gallicis, Sibiria etc. copiosa crescit, tempore verno et autumnali hæc terebinthinæ species evocatur, et subinde etiam, quamquam minori quantitate, sponte profluit: Certa tamen arborum ætas postulatur; in vetustioribus enim, quarum trunco ac ramis crassioribus dudum fungus notissimus, Agaricus dictus, hinc inde adcretus cernitur, fluere de-sinit. In principio candida est, et oleosæ propemodum fluiditatis, deinde autem flavescit paullatim ac spissior evadit.

22. In

22. In spiritu vini rectificatissimo, nulla etiam digestione calida in auxilium vocata, satis cito atque perfecte solvitur, et cum adfuso oleo vitrioli adeo incalescit, ut vitrum, ebullitione durante, vix tangi queat. Post ebullitionem spissescit admodum, nigramque picem colore ac conscientia emulatur, deinde nihilominus sensim sensimque aliquam fluiditatem recuperat.
23. Terebinthinam Chiam et Cypriam non acrimoniam solum, amaritie et fragrantia, sed salis quoque acidi essentialis copia longe superat, et subtili pariter ac valde activo oleo æthereo abundat. Sub humida quidem destillatione libra una duas saltim uncias et semissim olei limpidissimi ætherei reddit: Sin per se autem, citra aquæ adfusionem destillationi in balneo vaporis subjicitur, longe major quantitas prodit. Observante enim GODO-FREDO a) libræ duæ et unciae undecim, per balneum vaporis destillatae, phlegmatis subacidi drachmam unam et dimidiam, olei tenuissimi autem ac limpidissimi uncias decem, et drachmas sex cum dimidia dederunt. Massa residua, in retortam postmodum translata, igne gradatim aucto, ulterius uncias duas totidemque drachmas liquoris aqueo-acidi, uncias duodecim, drachmas duas et grana quinque olei flavescentis, et uncias septendecim atque semissim olei rufi spissioris præbuit. Massa nigra, splendens, spongiosa, laevis, in retorta superstes, ac pondere suo adhuc drachmas sex et grana duodecim æquans, post fortem ac paullo diuturniorem calcinationem in crucibulo, insipida prorsus ac fusco-rubella facta, nullum elixiviata sal fixum largiebatur, et vix amplius grana viginti duo pendebat.

a) V. Mar. Med. T. II. p 502.

24. Multiplici atque egregia virtute medica, abster gente nimurum, antiputredinosa, travmatica, diaphoretica, diuretica a), et pectorali gaudet, et interne igitur, febre tamen, inflammatione, et plethora absentibus, a scrupulo dimidio ad drachmam unam inter bolos et eclegmata recepta, vel ovi vitello admista, rarius sub forma emulsionis, contra pulmonis, hepatis, lienis, renum, vesicæ, aliarumque partium internarum exulcerationes, tussim itemque invenetratam, fluorem album refractarium, gonorrhœam virulentam, incipientem hydropem ascitem, anasarcam, nephritidem fabuloso-pituitosam, ischuriā et dysuriā, immo, contra ipsos nonnunquam dolores arthriticos non sine effectu insigni usurpat. Movet quoque alvum, si copia majori, ad drachmas scilicet duas aut tres, adsumentur. Apud subiecta sensibiliorā ac calidiora, nec minus in casibus plerisque, ubi mitiora postulantur, terebinthinae nativæ integræ plerumque terebinthina lota, oleo suo æthereo, ceu elemento maxime activo b), potissimam partem spoliata, substituitur, et ordinario sub forma pilulari a scrupulo dimidio ad scrupulos duos exhibetur.

25. Viri-

a) Terebinthina, paullo largius adsumta, urinam fortii odore violaceo imbuit, et, frequenti experientia teste, materiam fabulosam ac pituitosam, in renibus aut vesica coacervatam, valide exturbat; hinc admodum circumspicte in usum trahenda est, quoties latentium calculorum grandiorum suspicio adest, ne unus eorum aut plures, violentius in ureteres, collum vesicæ aut urethram protrusi, funestam, aut valde tamen periculosam, urinæ suppressionem excident.

b) Qui plura de potentibus et eximiis hujus olei viribus medicis scire cupit, *Chemia Barbagiana Tomum secundum* evolvat, et quæ sub Profeſſu XXXV. dicta occurruunt, attente legat.

25. Viribus terebinthinæ, tum integræ, tum lotæ, internis haud inferiores sunt externæ: Siquidem prior unguenta et emplastra, posterior sola emplastra, quæ partibus tumidis, dolentibus, inflammatis, itemque ulceribus, ac vulneribus, emolliendi, resolvendi, discutiendi, digerendi, expurgandi, et consolidandi fine, adiplicantur, cerebrimè ingreditur. Liquida subinde etiam in urinæ suppressione, exulceratione intestinorum et dysenteria clysteribus additur: Probe tamen notari deberet, in morbo postremo non statim in principio, sed mitigata prius aut penitus sublata intestinorum inflammatione, in usum vocandam esse.

#### V. BALSAMVM ABIEGNVM ET PINEVM.

26. Balsamum abiegnum, quod tertiam terebinthinæ speciem notiorem constituit, ac vulgo *Terebinthina abiegna* sive *abietina* dicitur, lariceæ quidem terebinthinæ analogum est, recens nihilominus eandem fluiditate, pelluciditate, amaritie et odoris gratia superat. Duplicis præterea generis, alterum videlicet fragrantius et virium quoque intuitu præstantius, alterum paullo ignobilius, reputatur. Hoc e caudice arboris ramisque profunde vulneratis copiose effluit, istud vero parca admodum quantitate a pastoribus otiosis e tuberculis vesiculosis, intra corticem locatis, vacuo cornu vaccino, quod lachrymam emanantem simul excipit, exprimitur. TOVRNEFORTIVS hanc arborem, in multis Helvetiæ, Germaniæ, aliasrumque regionum tractibus montanis satis frequentem, *Abietem, taxi folio, fructu sursum spectante, C A S P. B A V-*

HINVS autem Abietem, conis sursum spectantibus, sive marem vocat. In Canada, quod paucis addendum duco, ex abiete, quæ PLVCKENETIO *Abies minor*, pettinatis foliis, conis parvis subrotundatis, audit, itidem terebinthinae species elicitor; ast magis hæc ipsa cum terebinthina laricea, quam abiegna nostrate convenit, ac vulgo *Balsamum Canadense* dicitur.

27. Partibus spirituosis et tenerioribus oleofis æthereis hæc terebinthina magis, quam species præcedentes, turgida est, et inde etiam ratio petenda erit, quod recens terebinthina laricea paullo liquidior, fragrantior, calidior, et in operando potentior existat, licet quoad usum cæteroquin atque virtutes adeo cum illa conveniat, ut in locum ejus, tam interne, quam externe, commode surrogari possit.

28. Ab abiegna terebinthina, sive consistentiam, sive odoris gratiam ac virium medicarum præstantiam speces, *Terebinthina pinea*, *Terebinthina communis*, quam vulneratae variae *Pini sylvestris* species largiuntur, notabiliter recedit: Admodum enim lenta, tenax, ponderosa ac crassa est, pelluciditate præterea, licet albicans sit, destituitur, et naribus odorem gravem balsamico-resinolus imprimit. Raritas itaque nostro ævo, ob ignobilorem suam indolem, et eminentem in primis tenacitatem, quæ promtam atque sufficientem resolutionem in ventriculo impedit, interne adhibetur, sed plerumque externis duntaxat usibus impenditur.

## VI. BALSAMVM CABVR EICICA.

29. *Balsamum Cabureicica*, *Balsamum de Cabureiba* est liquor resinoso-oleosus spissusculus, tenax, flavus, odore fragrantissimo balsamo Peruviano perquam similis. Vestitus odorem gratiorem, quam recens spirat, et temporis successu, licet partibus spirituosis valde turgidum sit, in massam puniceam resinosam, quae paullulum tamen calefacta sequax deprehenditur ac ductilis, coalescit.
30. Ad Europaeos, quanquam rarissime, ex Brasilia adferatur, ubi ex inciso cortice revirescentis arboris *Cabureiba*, circa Februarium et Martium, luna plena, vafulis pendulis excipitur. Arbor haec, teste GVLIELMO PISONE a), non in Brasilia habita, sed in remotissimis desertis trans immensa montium juga crescit, et celsissima, vastissima atque odorifera est. Folia habet exigua, instar myrti, et cortice cingitur cinereo, digitum crasso, tenui membranaria miniati coloris exterius cooperio, sub quo liquor balsamicus, quo totus cortex turgere solet, latitat.
31. Propius natura sua ac qualitatibus ad balsamum Peruvianum, quam *Copaivum*, accedit, et jure meritoque inter activa atque selectiora *roborantia*, *nervina*, *pectoralia*, *stomachalia* et *traumatica* referendum est. „Aliquot illius guttulae, uti vix laudatus PISO I. c. scribit, per os jejunis exhibitae, asthamati profunt: intemperiem quoque ventriculi, viscerum langvores inveteratos corrigit: tepidum peatori et hypochondriis illitum, eorum op-

C 2

„pila-

a) In Hist. Nat. Brasilia Lib. IV. cap. 5.

„pilationes et frigiditates tollit. Irrigatione et frictione  
 „capitis et cervicis ex panno rubro, corroborat cerebrum  
 „et præservat a paralysi et spasmō; imo debilitatum omne  
 „nervorum genus in pristinum vigorem restituīſſe, sā  
 „piſſime hic ſumus experti. Cæterum Lusitani æque  
 „ac Brasiliiani aduersus vulnera et morſus venenatorum  
 „animalium in eſte illi virtutem quandam singularēm te-  
 „ſtantur, ad quam animalia, iñſtinctu ſolo naturali conſu-  
 „gientia, corticemque deterrentia, parti læſae præſentiffi-  
 „mum inveniunt remedium. Que omnia in caſtris et  
 „nosocomio noſtro, tum imprimis militibus iētiſ a feris at-  
 „que Barbaris, mecum per deſerta peregrinantibus, com-  
 „probavi. Quippe ſolo hoc eximio Balsamo, recenter  
 „ex iphis corticibus collecto, vulneratos et luxatos re-  
 „ſtitui.

## VII. B A L S A M U M D E C O P A I V A.

32. Balsamum *Copaiva*, *Copaiba*, *Copahu*, *Copaif*, *Balſa-  
 mum Copaium* et *Capivum*, *Balsamum Brasiliense*, eſt li-  
 quor resinoſo-oleofus, flavescent, fragrans, faporis acris  
 amari, aromatici. Recens pallidam duntaxat flavedi-  
 nem obtinet, et oleum fluiditate ſua perfecte aemulatur,  
 diutius vero, præſertim in vitro obiter ſaltim obturato,  
 adſervatum, magis paullatim glutinosum atque tenax  
 evadit, et colorem aureum adquirit, immo temporis  
 ſuccelu in resinam compactam, ſplendentem, pellucidam,  
 gummi copal, aut puriſſimo succino flavo haud diſſimi-  
 lem, mutatur.

33. Subinde in officinis, præter verum hoc balsamum Co-  
paivum, adhuc species quædam ignobilior venalis pro-  
stat; quæ genuino balsamo longe crassior ac glutinosior  
est, albicans præterea, minus transparens, faporis ingra-  
ti amari, odoris nonnihil terebinthinati. Secundum  
G O D O F R E D I a) sententiam haec ipsa vel coctione sal-  
tum exrracta, vel rectius, plane adulterina est. Nam  
odor mangonium satis detegit, nec solum igitur suspici-  
ri, sed certius omnino credere licitum erit, eandem tere-  
binthinæ ac balsami veri miscelæ suam debere originem.
34. Adfertur balsamum genuinum ex Brasilia, ubi ex arbo-  
re quadam, quam incolae *Copaiba*, botanicorum vero  
quamplurimi cum R A I O *Arborem balsamiferam Brasiliensem*, *fructu monospermo*, appellant, tanta copia, si justo  
scilicet tempore, fervente nimirum æestate, circa caudi-  
cem ad medullam usque terebra perfoditur, emanat, ut  
testa MARC GRAVIO b), intra trium horarum spatum  
novem canthari, vel, uti PISO magis determinate re-  
fert c), duodecim libræ colligi queant. Arbor hæc syl-  
veltris atque procera est, et in insula Maranhon magis,  
quam in præfectura Pernambucensi, luxuriat. Cor-  
tex, truncum rectum ac crassum ut et ramos ambiens,  
colorem cinereum, lignum vero, duritie fagino æquale,  
rubrum, quasi miniatum, obtinet. Folia, pediculis,  
digiti longis, insistentia, subrotunda sunt, ovata, quatuor  
aut quinque digitos longa, duos, vel, ubi latissima sunt,  
duos cum semifile lata, superius viridiora, inferius dilu-

C 3

tiora,

a) L. c. p. 486.

b) In Hist. nat. Brasiliæ Lib. III. cap. 17. p. 131.

c) L. c. Lib. IV. cap. 4. p. 57.

tiora, nervo et venulis rufescentibus donata. Flores, in summitate ramulorum, ubi folia frondium figura accrescunt, prodeunt, mediocri magnitudine gaudent, et ex quinque petalis componuntur. Florem fructus subrotundus, baccæ lauri, vel rectius, avellanæ magnitudine ac forma, excipit, initio viridis, post maturitatem nigricans, pauciſſima carne subdulci atque eduli instrutus. Sub pulposa hac substantia lapis durus ovalis latet, et hic rursus nucleus album, farinacei saporis, esui tamen minus aptum, includit.

35. Plus olei ætherei, quam balsama reliqua, in mixtione fovet, et unica ejusdem libra civilis sub destillatione humida quatuor, quinque, immo sex uncias olei limpidissimi reddit. Massa resinosa, in vesica superstes, aquæ innatat, totamque superficiem ejus, in crustam tenacem expansa, tegit. Satis forti adhuc odore balsamico pollet, et egregium proinde emplastrorum traumaticorum ingrediens constituit.

36. Virtute diuretica terebinthinam æmulatur quidem, in operando tamen, ob parciorē salis acidi essentialis inhaſionem, mitius deprehenditur, respectu virtutis neruinæ autem, antiputredinosas atque traumaticæ jure terebinthinæ prefertur, et fructu proinde majori in cachexia, tussi inveterata, phthisin minitante, asthmate pituitoso, epilepsia cacochymica, dysenteria, lienteria, coeliaica, nephritide pituitoso-fabulosa, gonorrhœa virulenta, fluore albo, affectibus quibusvis ulcerosis et vulneribus, tam interne, quam externe, usurpatur a). Interne, a guttu-

a) „Non solum mirifica, piso l. c. scribis, pollet vi mundi.

guttis aliquot ad scrupulum integrum, vel cum vino aut ovo sordili exhibetur, vel bolis, electuariis, ac pilulis additur; externe autem vel per se cum linteo carpto, aut turunda, vel linimentis, ungventis, emplastris, imo clysteribus mixtum, partibus debilitatis, ulcerosis ac vulneratis applicatur.

### VIII. BALSAMVM PERUVIANVM.

37. Duplex balsamum in regno novi orbis Peruviano ex eadem arbore ab incolis extrahitur, alterum videlicet, quod in officinis nostris rarissime reperitur, *Album*, alterum, ubi vis venale, *Fuscum*, seu *Nigrum*, aut rectius *Subrubro-nigricans*. Prius sponte ex inciso arboris cortice profluit, et fatus fluidum est, terebinthina longe tenius, pellucidum, fragrantissimum, saporis acriusculo-amaricantis, coloris albidi, non nihil tamen ad subflavum inclinantis. Posterius ope coctionis cum aqua ex foliis, cortice atque ligno, tum caudicis, tum ramorum, dissestis, elicetur, et propter immixtas igitur partes resinofusas

gum-

ificandi et consolidandi, et ad quævis vulnera prima intentione restituenda, morbusque serpentum curandos, et cicatrices tollendas: sed et ab omnibus pariter incolis et a me interne exhibatum, insignem præbère utilitatem, observatum fuit. Peccatori, ad stomachum langvidum, ventri ad colicos frigidos cruciatus, illitum conductit: guttula aliquot convenienter exhibita per os, robur addunt visceribus, illisque tonum reddunt: fluxiones muliebres, cursus ventris et gonorrhœas quoque fistunt. In anum per clysteres, in penem per syringam cum saffaro ex aqua plantaginis, vel oleo roscarum dissolutum, adversus eam mala prospero successu injicitur &c. &c. Pisoniano huic virtutum testimonio ista pariter, quæ B. FRIDERICVS HOFFMANNVS in Obs. physico-chymicis select. p. 22. de viribus et usu hujus balsami attulit, addi merentur.

gummeas, et aliquam pariter substantiae spirituosa sub coctione jacturam, valde crassam consistentiam, et obscurum colorem subrubro-nigricantem contrahit; quoad saporem tamen atque odorem, si vigoris gradum exceperis, cum albo convenit.

38. Nonnulli prædictis speciebus adhuc tertiam, quam *Balsamum Indicum* siccum, itemque *Opobalsamum* vocant, addunt: Verum, cum haec ipsa compacta, secca, ac vera resina rufescens sit, locum inter balsama hujus census occupare nequit, sed rectius resinarum catalogo inferitur. Originem suam, POMETO referente a), succo lacteo debet, qui e ramis arboris reseptis exstillat, et, vasis exceptus, blandi caloris ope ad desideratam spissitudinem atque duritiem redigitur. Silentio pariter hoc loco præterire nequeo, scriptores quosdam supra descriptum balsamum Brasiliense, *Balsamum Cabureicica*, sive de Cabureiba dictum, cum Peruviano confundere, et hoc et illud unum idemque esse, contendere; quod tamen falsum et plerumque allegato PISONIS testimonio contrarium videtur. Hic Auctor enim non dicit, balsamum Peruvianum et balsamum de Cabureiba unum idemque esse, sed, hoc priori duntaxat quoad odorem perquam simile reperiri, refert. Hisce accedit, quod balsamum Peruvianum album nonnihil saltem ad pallidam flavedinem inclinet, balsamum Cabureicica autem perfecte flavum sit, tandemque puniceum evadat. Facile cæteroquin largiar desiderantibus, non tantum binahæc balsama, sed ipsas quoque arbores, unde elicuntur, aliquam intercedere

a) In dem aufrichtigen Materialisten und Speceren-Händler p. 4. 11.

dere similitudinem, et utramque ea propter recte forsitan  
a scriptoribus nonnullis Cabureiba appellari.

39. Arbor balsama descripta foenerans, non tantum in re-  
gno Peruviano, sed in Brasilia quoque aliisque Americæ  
meridionalis regionibus nascitur, et ab incolis *Hoitziolit*,  
ab HERNA NDEZIO *Arbor balsami Indici*, itemque *Bal-  
samifera prima*, et ab aliis denique itidem, uti dictum,  
*Cabureiba* appellatur. Ad mali aurantiae magnitudinem  
pleruinque ad surgit, ac folia, amygdali foliis similia,  
paullo majora tamen, rotundiora, magisque acuminata  
habet, floresque luteos, floribus *Digitalis* forma haud  
diffimiles, fert, quibus semina albicantia, oblonga, ac  
paullulum contorta succedunt.

40. Balsamum fuscum sive nigricans in spiritu yini rectifica-  
tissimo, si genuinum existit, et paulisper adhuc liquidum,  
satis promte solvitur, nec rationem itaque cognosco,  
cur BERNHARDVS VALENTINi a), aliquie scripse-  
rint, balsamum hoc in calido quidem vini spiritu solvi,  
post menstrui tamen refrigerationem confestim secedere,  
ac rursus ad superficiem enatare. Balsamii albi solutio-  
nem propter ipsius balsami defectum haetenus nondum  
suscipere potui, credo nihilominus, eandem promte pa-  
riter, immo longe promptius, quam balsami nigri solutio-  
nem, succedere. Balsamum album enim ex solo oleo  
aethereo, et fixa substantia resinosa constat, nigri seu fusi  
vero mixtionem, praeter partes oleosas et resinosas,  
multæ insimul gummosæ ingrediuntur. Libra una bal-  
sami fusi, observante HOFFMANNo b), unicam dun-

D

taxat

a) In der Natur- und Materialien-Kammer p. 405. §. 8.

b) Vid. *Obs. Physico-Chym. select.* p. 71.

taxat unciam olei rubri, fragrantissimi, in spiritu vini difficilis paullo solubilis, sub humida destillatione reddit, album ex adverso plus continere, verosimillimum est. An hoc posterius autem post separationem sachari instar, uti PAVLVS HERMANNVS refert <sup>a)</sup>, coagulabile sit, experientia destitutus certo adfirmare nequeo.

41. Balsamum Peruvianum utrumque, præfertim album, ob blandam suam indolem, et eximiam virtutem *traumaticam*, *nervinam*, *antiputredinosam*, *pectoralem*, *stomachalem*, et *diureticam*, singulis balsamis haec tenus descriptis præferri meretur, ac sese magnopere in primis in epilepsia idiopathica aliisque adfectibus convulsivis, a cacoehymia et nervorum imbecillitate oriundis, nec minus in ventriculi imbecillitate, lienteria, coeliaca, diarrhoea chronica, exulceratione intestinorum, renum, vesicæ, pulmonum, cæterarumque partium, tam internarum, quam externarum, gonorrhœa virulenta, adfectibus scabiosis, tussi inveterata, et asthmate pituitoso commendat. Datur interne a guttis aliquot ad scrupulum semissem, immo integrum, cum ovo forbili, aut juseulo, aut sacharo, aut melle rosarum, aut syrupo quodam adpropriato, vel dosi refracta pilulis, bolis et electuariis additur, vel vini etiam spiritu solutum sub tinturæ forma exhibetur. Externe ulceribus, vulneribus, et nervis atque tendinibus punctis laceratisque cum linleo carpto ad�licatur, et creberrime pariter inter linimenta, unguenta et emplastra, non tantum consolidandi fine in capitis aliarumque partium ulceribus ac vulneribus, sed roborandi etiam scopo in convulsivis ac paralyticis adfectibus, imbecillitate articula-

tio-

a) In Cynos. Mat. med. p. 275.

tionum, rupturis membranarum, similibusque solidorum vitiis adhibenda, recipitur.

#### IX. B A L S A M U M T O L V T A N V M.

42. Balsamum *Tolutanum* sive *de Tolu*, recentissime collectum, spissiusculum quidem ac valde tenacem sifit liquorrem, odoris suavissimi, ad gummi benzoini et corticis aurantiorum odorem accendentis, coloris spadiceo-aurei, faporis subdulcis haud ingrati; mediocrem tamen hanc fluiditatem non adeo diu retinet, sed intra breve tempus, praesertim, si in parvis cucurbitis, in quibus ordinario ad gentes exteris transmittitur, adservetur, adeo spissescit, ut ceram aut resinam molliusculam consistentia sua aemuletur, quin tandem, majori exsiccatione accidente, nonnihil fragile evadat: Unde haud mirandum est, quod in officinis nostris rarissime vel nunquam sub forma liquida occurrat, quodque scriptorum aliqui istud *Balsamum solidum* adpellaverint.

43. Adseritur ex Americæ meridionalis provincia *Tolu*, seu *Honduras Hispanorum*, inter urbes *Carthagena* et *Nomen Dei* (*Nombre de dios*) sita, ibidemque ex tenello cortice arboris cujusdam, sub maximo solis fervore inciso, exstilat, et, cochlearibus, e cera nigra paratis, exceptum, in parvas cucurbitas vel alia etiam vascula transfunditur. Arbor, quæ LINNAEO *Toluifera* audit, nondum satis descripta est, et NICOLAVS MONARDES, celebris quondam medicus *Hispalensis*, solummodo, illam pinis pumilis similem esse, ac multos ramos, foliis cera-

tie similibus, perpetuoque virentibus vestitos, quaqua-versum spargere, refert a).

44. Quanquam hoc balsamum, praesertim recentius, fragrantissimum sit, substanciali tamen oleo æthereo non adeo dives reperitur, sed pars resinosa maximam ponderis partem explet; hinc facile etiam, uti antea dictum, emplasti instar spissum, immo temporis successu duruscum ac paululum fragile redditur. In spiritu vini rectificatissimo cæteroquin, calore accidente, perfecte ac satis cito solvit, eumque colore slavecente, odore grato, et subdulci atque balsamicè sapore imbuit.

45. Virium intuitu balsamo Peruviano nisi superius, certe tamen haud inferius est, immo a quibusdam, praesertim paullo adhuc liquidum, ipsi balsamo Ægyptiaco, respectu scilicet virtutis antiputedinose, vulnerarie, atque nervinæ, æquiparatur. Liquidi usus, tam internus, quam externus, cum usu balsami Peruviani perfecte convenit, spissum vero et induratum vel in spiritu vini solvitur, et inde nascens tinctura ad guttas 20. 30. 40. exhibetur, vel pilulis, bolis et electuariis additur, et externe pariter vel solum sub forma emplastrorum applicatur, vel aliis emplastris et ungventis travmaticis, discutientibus atque nervinis miscetur b).

## X. OPO-

a) Simpl. med. Libr. II.

b) Plura notata dignissima vix allegatus NICOLAVS MARNDES de virtutibus eximiis, et usu vario balsami recentioris proposuit, que hoc tamen loco, quum recensio eorum nimis prolixia sit, integra subjugere nequeo, sed sciendi cupidos ad ipsum auctorem remittere cogor.

## X. O P O B A L S A M V M.

46. Nulla prorsus differentia, si naturam spectes, Opobalsamum sive Balsamum Orientale verum, et *Balsamum Aegyptiacum*, *Memphiticum*, *Iudaicum*, *Ieruchunitinum*, *Syriacum*, *Arabicum*, *de Mecha*, et *de Gilead* intercedit, sed distincta haec synonyma tantummodo a diverso loco natali desumpta sunt. Arbusculæ enim, quæ leviter incisæ præstantissimum hunc liquorem balsamicum fundunt, antiquissimis temporibus unice in Arabia felici, ubi adhuc hodie circa Meccam, Medinam, et alibi crescunt, sponte provenerunt, et inde postmodum in Palæstinam, Syriam, et Aegyptum transplantatae fuerunt, in quibus regionibus tamen nostra ætate nullæ amplius, sive temporis successu ob culturam neglestam emortuæ, sive studiose ab hominibus, præfertim belli tempore, exstirpatæ atque deletæ fuerint, reperiuntur, et licet quidem Scriptorum quamplurimi, qui in Aegyptum, aliasque regiones orientales itinera suscepérunt, multa de hortis balsamiferis Matheeanis, circa Cairum sitis, referant, secundum aliorum nihilominus testimonia, hic pariter vel nullas omnino a), vel saltim paucissimas arbusculas balsamiferas superesse, certum est.
47. Arbuscula haec, quam C. BAVHINVS *Balsamum Syriacum*, *rutæ folio*, BELLONIVS *Balsamum*, *lentisci folio*, Aegyptiacum, et PROSP. ALPINVS *simpliciter Balsamum* vocat, ordinario ad cytisi vel ligustrí altitudinem ex crescit, lignumque album et inodorum habet. Ramuli lenti, resinosi, odorati, quorum tenuiores, pen-

D 3.

nam

a) Vid. GEOFFROY *Mat. Med. P. II.* p. 475.

nam anserinam, rarius digitum minorem, crassitie aequantes, sub *Xylobalsami* nomine afferuntur, duplice cortice tenui, externo scilicet subrubente seu rufo, interiori viresciente, fragrante, saporis aromatici, cincti sunt, foliisque perpetuo virentibus, folia rutae forma æmulantibus, vestiuntur. Flores ex albo purpurei, acaciae floribus haud dissimiles, odorem fragrantissimum spirant, iisdemque folliculi succedunt seu baccæ, oblongæ, subrotundæ, pisso minores, ex nigro rubescentes aut fuscæ, quæ, præter paucam medullam, albicantem, oleosam atque balsamicam, semina flava, acris, amara, odorata, savoriente ac spissifluculo fucco oleoso turgida, continent, et exsiccatæ notissimum *Carpobalsamum* constituant a).

48. Opobalsamum vel sponte e caudice hujus arbusculæ ac ramis, Iunio, Julio et Augusto leviter incisis, effluit, vel blanda coctione cum aqua ex foliis et ramusculis elicetur. Prius, quod nobilissimum est, et, exigua admodum quantitate collectum, ad principum duntaxat et magnatum quorundam orientalium manus pervenit, recens, olei amygdalarum aut olivarum vix expressi instar, tenue ac fluidum est, coloris albicantis, aut levissime flavescens, odoris acutissimi ac savorissimi, ad citri et nonnihil quoque terebinthinæ odorem accendentis, saporis acris et aromatici, cum amaricante et subadstringente paullulum mixti; temporis vero successu terebinthinæ consistentiam contrahit, fragrantia minuitur, et color in viridiusculo-aureum mutatur. Haud dissimilia etiam, sive fluiditatem, sive colorem ceterasque proprietates species,

apud

a) Conf. PROSP. ALPIN. *Dialog. de Balsamo cap. 6.*

apud opobalsamum, quod sub blanda ebullitione primum ad aquæ superficiem adsurgit, observantur, et tertia saltem species, sub protractiori ac fortiori coctione expulsa, initio statim spissiuscula, minus odorata, adeoque ignobilior ac minus pretiosa est.

49. In nostris officinis pharmaceuticis genuinum opobalsamum, ob pretii magnitudinem, proventum parcissimum, aliasque caussas indicatas, rarissime, vel rectius, nunquam reperitur, sed quævis corpora balsamica, tam fluida, quam sicca, quæ pro eo venduntur, vel prorsus factitia sunt, vel aliis tamen plantis suos natales debent. Sic dictum enim *Balsamum Indicum siccum*, quod mera resina subfuscō-rubescens est, prunisque injectum odo rem benzoinum, ast longe gratiorem, spirat, non ex Aegypto aut Arabia, sed ex America adfertur, ibidemque, uti supra pridem p. 6. No. 2. dictum fuit, blanda insipfatione e succo lacteo paratur, qui ex ramis arboris, unde balsamum Peruvianum stillat, penitus refectis elabitur, et *Balsamum liquidum de Mecha*, in Pharmacopoliis pariter venale, quod spissiusculum est, terebinthina tamen paullo liquidius, flavescens, saporis acris et amari, odoris fragrantis, ex terebinthina, balfamo de copaiva, et oleo citri Italico compositum videtur. Balsami genuini criteria, a scriptoribus plerisque adducta, hoc loco addere supersedeo, quoniam pro meo iudicio, fallacissima sunt, et adulterii itaque suspicionem perfecte tollere nequeunt.
50. Quoad elementa ac vires medicas multa quidem cum recenti ac satis adhuc fluido balsamo Tolutano communia habet, isto tamen ceterisque balsamis descriptis longe

ge præstantius esse creditur. **DIOSCORIDES** a), pluresque scriptores, tam veteres, quam recentiores, magnis laudibus virtutem ejus alexipharmacam, antiputredinosa, vulnerariam, diureticam, pectoralem et uterinam extollunt, præstantissimumque istud effectum, tum interne sumatum, tum externe adplicatum, in peste, idu ac morbu scorpionum, serpentum, aliorumque animalium venenatorum, in dysenteria itemque, gonorrhœa, fluore albo, asthmate pituitoso, phthisi incipiente, scirro ac erudo pulmonum tuberculo, ulcere hepatis, renum atque vesicæ, vulneribus et plerisque aliis adfectibus, ab exulceratione, corruptione putredinosa, vel viscidioris etiam pituitæ accumulatione oriundis, exerere testantur. Non prætereunda quoque est singularis ejus virtutis cosmetica, qua sese valde inprimis apud mulieres Asiaticas commendat. Cutem enim nitidiorum reddere, et valide a rugis defendere, habitumque vultus juvenilern diu conservare, credunt, si cutis eodem frequentius in balneo calido inungatur b). Eodem modo, quo fama

a) „Vires, scribit in Oper. p. m. 39., in tota balsami natura efficacissimas habet liquor, egregia ad calefaciendum potestate. „Mulieribus refrigeratis locis medetur, cum cerato ex rosa facto „oppositus. Trahit idem menses, secundas et foetus. Solvit „inunctus in accessionibus febrium cum tremore algores. Sordida purgat ulceræ; potus urinam ciet, maturat et concoquit: angustiis spiritus accommodatus est. Subvenit et cum lacte his, qui aconitum biberint: nec minus etiam venenatorum morbis. „Milicetur idem acopis, malagmatiis et antidotis: habetque in universum vires balsami liquor efficacissimas &c. &c.

b) Conf. Geoffroy L. c. p. 480.

fama reliqua, interne et externe adhibetur, ac dosis, si usus internus placet, a guttis aliquot ad scrupulum unum, immo drachmam semiflēm, adscendit.

### XI. LIQVIDAMBARVM.

51. Liquidamarum, *Liquidabar*, *Ambarum liquidum*, *Ambra liquida*, est succus resinoso-oleosus, ex flavo-rubescens, terebinthinam consistentia, ambram vero et flyram specifico suo odore fragrante æmulans, saporis acris aromatici.

52. Colligitur in *Virginia*, *Mexico*, aliisque Americæ Meridionalis regionibus, ubi ex arbore, inciso cortice, fluit, quam incolæ *Xochicotzo-Quahuitl*, botanici vero cum R A J O, *Styracem aceris folio*, itemque *Platanum Virginianam aceris foliis*, vel etiam, præeunte LINNAEO, *Liquidabar foliis palmatis*, appellant. Arbor hæc, recto caudice assurgens, admodum ramosa ac vastæ magnitudinis est, fortemque odorem balsamicum, qui maxime in cortice residet, longe lateque spargit. Folia, in tres pluresve cuspides divisa, in ambitu ferrata, tres circiter pollices lata, in superiori superficie albicantia, in inferiori obscuriora, aceris foliis similia reperiuntur. Fructus, flori, haftenus nondum descripto, succedens, rotundus est, simulque aculeatus, ex pluribus capsulis seminalibus, flavescentibus, prominentibus, et in acumen desinentibus, compositus, in quibus semina oblonga subrotunda latent.

53. Triplex datur liquidambari species: Prima sponte ex cortice inciso emanat, et *Ambram liquidam ordinariam* constituit: Altera coctione, cum aqua ex cortice et ra-

E

mul-

mulis minutim dissectis extrahitur, et tertia denique, quæ interdum, quamquam nostro ævo rarissime, ad Europæos sub *olei* nomine transfertur, a balsamo, sponte post corticis incisionem emanante, recentius collecto, et in quiete aliquamdiu relieto, separatur, et nihil aliud est, nisi pars liquidior, fragrantior, magisque oleosa, quæ, paulatim subsidente parte crassiori, supernatat. Hisce quodammodo etiam *Liquidambarum solidum* jungi poterit, quod ab incolis subinde blanda inspissatione e balsamo liquido eum in finem paratur, ut facilius aliorum transferri possit.

54. Raro hoc ballatum nostra ætate in officinis venale prostat, rariusque in usum medicum vocatur, licet fæse grata fragrantia sua, quæ olim eminentem illi inter odoramenta locum conciliabat, satis commendet, et terebinthinam quoque, tum per se illitum, tum justa etiam quantitate inter ungventa et emplastra receptum, virtute anti-putredinosa, discutiente, vulneraria, ac robore supereret. Usus ejus internus medicis haftenus parum placuit; hinc multa etiam de eodem dicere superfedeo, ac paucis saltim moneo, illud in hoc passu partim terebinthinam, partim balsamam de copaiva æmulari.

## XII. STYRAX LIQUIDVS.

55. Styrax Liquidus genuinus ac purus, a subsidentibus scilicet partibus faculentis decantatus, liquorem exhibet semipellucidum, lento atque terracitate terebinthinæ similem, coloris fuscæ vel ex fusco-rubentis, vel etiam, si plures impuritates retinuerit, cinereo-fuscæ, odoris fortis,

non

non adeo tamen grati balsamici, ad styracis solidi odorem non nihil accendentis, saporis oleoso-acriusculi et aromatici.

56. Circa originem ejus scriptores dissentunt, aliique hoc balsamum naturale esse, et, aequo, ac balsama reliqua, ex certa atque distincta arbore stillare perhibent, alii contrarium defendere sustinent, idemque ad balsama mere factitia referre non dubitant. Pro meo judicio utriusque sententiae patroni diverso respectu veritatem tueruntur: Certo enim certius est, styracem liquidum, in officinis venalem, saepissime quidem arte compositum esse, suumque odorem specificum styraci solidi, diversimode praeparato, vel etiam liquidambaro, terebinthinae aliquisque liquidis oleosis aut resinoso-oleosis addito, debere; ast simul tamen concedi debet, styracem quoque liquidum nativum reperiri, qui, sic censentibus multis, post trunci et ramorum incisionem ex eadem arbore fluit, quae styracem solidum foeneratur, vel potius, uti, praeunte IACOBO PETIVERO, GODOFREDVS cum majori probabilitate refert <sup>a)</sup>, aqua marina ex detracto atque con-

E 2

tuso

<sup>a)</sup> „Veruntamen, Libro sepius citato T. II. p. 493. scribit, Jacobus Petiver, Pharmacopæus Londonensis, Regiae Societatis Socius, et sagax naturalis historiae scrutator, Attis Philosoph. Reg. Soc. Lond. No. 313. refert, styracem liquidum a Turcis et Arabibus Cotte-Mijah dictum, succum esse cuiusdam arboris, Rosa Mallos dictæ, quæ in insula Cobros maris Erythræi nascitur, trium dierum itinere ab urbe Suetz distante. Hujus arboris corticem singulis annis deglubunt, et contusum in aqua marina coquunt, usque ad visci consistentiam: tum resinosa substantiam supernantem colligunt. Verum cum adhuc multum crassamenti seu corticis pul-

tuso cortice arboris cuiusdam, quæ *Rosa Mallos* appellatur, et in *rubri maris* insula *Cobros* crescit, excoquitur.

57. Quoad proprietates externas, elementa, virtutes, et usum cum ambra liquida, cæterisque balsamis descriptis valde quidem convenit, propter frequens nihilominus adulterium rariissime nostra ætate in usum trahitur, et interdum solummodo externe contusionibus, ulceribus putridis, atque vulneribus, imminentे in primis sphacelo, sub forma ungventi, ad�icatur.

„verati continet, eam denuo aqua marina bulliente liquant, et percolant. Sic defacatam resinam et crassamentum faculentum residuum seorsim doliolis includunt, et Moccum Arabiae emporium transvehunt. &c.



*Laus,*




Laur, honor atque decus semper bene cœpta sequuntur,  
Palmaque perfectum fine coronat opus.  
Præmia sic duros compensant larga labores,  
Quem sudasse diu, quem studuisse iuuat.  
Nemo, nisi ascendat, poterit ascendere celsa;  
Sedes ad summas prægraue dicit iter.  
Omnibus in rebus terrenis hæcce uidentur,  
Scilicet ut navo gloria sponsa siet.  
Non igitur miror, quod tanti culmen honoris,  
Arte Machaonia Maſte ZEBVHLE, tenes,  
Non miror, lauris Tua quod præcingit Apollo  
Tempora, quos proli nexit Hygæa suæ.  
Non miror, celebri quod Dotte ZEBVHLE medentum  
Poneris in numero. Dignus haberis eo.  
Dignus haberis eo, Tibi cum contraxeris amplam  
Notitiam Medicam: hæc munera iure capis.  
Namque animi dotes, queis poller, rite locatae  
Iustis penſentur dotibus, ecce, decet.  
Vt messem facias tandem, cum semina multo,  
Sudore ac opera sparferis, æqua uolunt.  
Nec Tu pro meritis nimio exornaris honore,  
Dum studio fatagis quemque iuuare TWO.

Euge gradus, glacie iam scissa, dirige firmos  
 Ulterius; crescat nomen in orbe Tuum.  
 Non unquam noceant Tibi spurcæ scommata linguae,  
 Quæve Theon nigro unlhera dente facit.  
 Nil, quounque pedem ponis, Tua coepta retardet,  
 Sorteque sic felix usque fruare bona.  
 Propitium, exoptio, Numen Tibi in omnibus adsit.  
 Quisque bonus dicat: uiue, ZEBVHLE, vale!

Carolus Sigismundus Gruetnerus,  
 SS. Theol. Stud.



Ges



**G**ereicht durch Deinen Ruhm, den Dir die Wahrheit zugestehst,  
 Der Deinen Fleiß vergnügt, der Deinen Ruf so schön erhöht,  
 Durchflammt der Freundschaft Blut, die Brust mit frommen Tränen,  
 Die Dich, gepriesnen Freund, und Deinen Vorzug lieben.  
 Ich sehe Dich geehrt, Hygea schmückt Dein munres Haupt,  
 Wenn sie die Schläfe ziert und sie mit Lorbeern schön unaubt.  
 Wie froh seh ich dies an, wie groß ist mein Vergnügen!  
 Ich sehe meinen Freund in Ehr' und Wahrheit siegen.  
 Geh', zeige Deinen Fleiß das Vaterland erwartet schon  
 Die Proben Deines Ruhms, und Dich zugleich den muntern Sohn.  
 Wie edel wird alsdenn Dein Ruf Die Freunde rühren,  
 Die Dich bald, allzufrüh aus ihrer Schoß verliehen!  
 Sei ewig reich an Ruh, und lehr' dereinst die stöze Welt!  
 Dass edlen Nachruf nichts als Treu und Wissenschaft erhält.  
 Hör', was die Ahndung spricht: Du wirst nach Deinen Gaben,  
 Glück, Ehre, Ruh, und Freund, bis an den Mober haben.

Durch Beifügung dieser wenigen Zeilen empfiehlet sich der  
 ferneren Wohlgenogenheit und Freundschaft Seines  
 durch die in der Arzneigehirheit erhaltenen Würde  
 gewissen, Freundes aufrichtig ergebenster Freund  
 und Vatter,

C. B. G. Sucker, v. Wohlau a. Schles.  
 d. R. G. B.



Wie?

\*\*\*\*\*

**W**ie? sind es denn nur Eitelkeiten,  
Dich, Freund, mit Wünschen zu begleiten,  
Da man Dein Haupt mit Lorbeer krönt?  
Entfernt von solchen Schmeicheleyen,  
Will ich Dir kurze Wünsche wenden,  
Die nur die Niedlichkeit und wahre Freundschaft fröhlt.

Deum ell beglückt zu jenen Stufen,  
Wohin Dich Fleiß und Tugend russen,  
Empfang den Lohn vor Deine Müh;  
Der Himmel segne Dein Bestreben,  
So kan durch Dich die Freundschaft leben,  
Kurz: sei vergnügt, beglückt und bläh!

Hiemit suchte sich dem hochgelahrten Herrn Doctor bestens  
zu empfehlen ein ergebner Freund und Diener,  
G. B. Dietrich, von Brieg aus Schlesien,  
der R. G. Best.

\*\*\*\*\*

**Q**ua TIBI præstat sacra nunc Hygæ  
Carpe laudandi studi poracti  
Præmium, semper venerande amice,  
Accipe laturum!  
  
Pelle lassantes procul arte morbos  
Debili vitam revoca valentem  
Annuat fatum TIBI sisque ab omni  
Parte beatus!

Hæc gratulans adjecit sincerrima mente  
Car. Sam. Boehnisch,  
Vr. Sil.

\*\*\*


01 A 6603

ULB Halle

003 092 291

3





B.I.G.



DISSE<sup>5.</sup>  
TATIO IN AVGVRALIS PHYSICO-  
CHYMICO-MEDICA  
DE  
**PRAECIPVIS BALSAMIS**  
**NATIVIS**

QVAM  
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE  
PRAESIDE

IOHANNE FRIDERICO CARTHEVSER


MED. DOCT. ET PROP. PUBL. ORD. ACADEMIAE ELECTORALIS  
MOGVNTINAE SCIENTIARVM VTILOV ASSESSORE

FACVLT. MED. H. T. DECANO

PRO GRADV DOCTORIS  
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS  
RITE ATQVE LEGITIME IMPETRANDIS  
DIE OCTOBR. MDCCLV.

H. L. Q. C.

DEFENDET  
DAVID GOTTLLOB ZEBVHLE,  
RANSENIA-SILESIUS.



FRANCOFVRTI AD VIADRVM,  
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI WINTERI,  
ACAD. REG. TYPOGR.

